

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

de quidditate rei quia . quid est rei nulli debet nisi enti tamen questio quid est querens de quo quid est nominis est prima cogitatio & ideo ex quo quid est nominis optime scire de aliquo si est propter hoc philosophia ad querendum de casu ut sit vel non accipit & quid est quod significat per nomen & dicit . Si aliqui dicunt casum esse euentum temerarium sine omni causa productum ego video vocem casus esse manem tamquam sibi nihil correspondeat in re :

Quis enim cohercente : . Hic probat opinionem istam ostendens casum nihil esse secundum eam . Secundo solvit questionem secundum rei veritatem ibi . **A**restotiles meus . Primo ponit unam rationem . secundo aliam ibi Nam nihil . Antiqui dicebant quod casus est euentus temerarius . i . improbus . Contra hoc arguit probia sic . ubiqueque omnia sunt promissa ibi nihil est temerarium . sed omnia que sunt promissa sunt a deo . ergo inter ea que sunt nihil est temerarium . Hac ratione breviter inuit in littera dicens . Quis enim locum ullus potest esse reliquus . i . reliclus temeritatis . i . improbus deo coherente cuncta in ordinem scilicet promissum quasi dicat nullum . **N**otandum quod omnia a deo sunt promissa cuius ratio est . Quorūcunque deus est causa omnia talia promissa sunt a deo . sed deus est causa omnis entis . ergo omnia entia a deo sunt promissa . Quid autem deus sit causa omnis entis patet quia ab ipso dependet celum & tota natura . **P**t patet ex . xii . metaphysice :

Nam nihil ex nihilo existere : . Hic ponit aliam rationem probantem quod casus non potest esse sine omni causa productus sicut dicebant antiqui . & arguit sic . Quod est ex nihilo nihil est . Sed quod ex nulla causa est ex nihilo est . ergo quod ex nulla causa est nihil est . sed secundum antiquos casus est ex nulla causa quia est prodactus sine omni connexione causarum . ergo casus nihil est . **Vnde** dicit in littera . Vera sententia est cui nemo unquam veterum refragatus est . i . contradixit scilicet ex nihilo nihil existere , quiaque illi antiqui illam propositionem ex nihilo n

bil existere iecerint . i . posuerint quasi quoddam fundamentum non de operante principio scilicet de deo creatore quia ille ex nihilo aliquid fecit . sed intellexerunt hoc de materiali subiecto . i . de tota natura fundata in materia & expedit seipsum dices . hoc est de natura omnium rationum . i . de materia que est subiectum formarum naturalium . Sed si aliquid oriat ex nullis causis id videtur esse ortum ex nihilo . sed hoc fieri nequit ut aliquid oriat ex nihilo . ergo non est possibile casum esse huiusmodi . i . tale quale paulo ante diffinimus secundum antiquos quod sit euentus temerarius sine connectione causarum . Quid ergo dicendum est de casu querit Boetius . Est ne nihil in rerum natura quod ure possit appellari casus per fortuitum vel est aliiquid tam & si pro quocunque lateat vulgus cui ista vocabula conueniant . **N**otandum quod hec propositio ex nihilo nihil existere vera est in comparatione ad causam particularē quod in sua actione presupponit materiam tamen in comparatione ad causam universalem que est causa totius entis non est vera . Vnde dicimus deum omnia creasse ex nihilo & fide tenemus . sed antiqui de isto modo productio-
mis per creationem non loquuntur . sed primo modo **Vnde** **A**restotiles primo physicoz . Impos-
sibile est aliquid fieri ex his que non sunt de hac enim opinione conuenient omnes qui de natura sunt . **A**restotiles meus inquit in physicis : . Hic probia solvit questionem de casu . & primo ostendit eam esse solutam ab **A**restotile & ostendit modum eius . secundo declarat quod casus licet non habeat causas per se habet tamen causas per accidentem ibi . Hoc sunt igitur . Primo dicit . **A**restotiles meus . i . doctrina mea nutritus & deditus diffiniunt casum in physicis . i . in secundo physicorum brevi ratione & propinquia veri . i . veritati & querit Boetius . Quoniam inquam modo . dicit probia . Quotiens aliquid geritur . i . fit gratia cuiuspiam rei . i . alicuius rei & aliquid contingit quibusdam de causis quod intendebatur illud vocat casus ut si aliquis causa colendi agri fodens humum inveniat